

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Penitencia ap
cum uariis

Tales sunt qui graue pondus uenientibus ad penitenciam ponunt quia dicunt et non faciunt, et sic dum pena penitentie fugitur, pena peccati futura contempnitur. Si enim facem super humeros adolescentis quam non potest baiulare posueris, necesse habet ut aut facem eiciat aut sub pondere confringatur. Sic et homini cui graue pondus penitentie imponis, necesse est ut aut penitenciam reiciat, aut suscipiens dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet.

Crisostomus super illud Matthei: Alligant onera grauia et cetera.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Penitencia ap] Penitentia az P V¹ V² L¹ L²; quam] quem V² L¹ L²; facem] facere (*cor. intra*)
C; reiciat] relinquat C; alligant] hec *add.* C; et cetera *om.* C P V¹ V² L¹ L²